

quatur saltem virtualiter, concedo Majorem. Quia sunt diversis ordinibus ex parte eius quod de connotato & materialiter importati, nego Majorem. Unde ad Minorem respondendo providentiam divinam non esse diversis ordinibus a predestinatione, ex parte formaliter importati, sed tantum ex parte materialis connotati: quam etiam ratione, Deus ut auctor supernaturalis, non distinguit virtualiter a seipso ut auctore naturali, quia hac distinctio solum petitur ex parte diversorum effectuum quos producit, & non ex parte ipsius omnipotentiae.

55 Obiectis secundo. Pars subiectiva dicitur illa quae addit aliquid supra rationem communem & superiorem: Sed predestinatio addit aliquid supra providentiam generalem, scilicet efficaciam mediatorum, & consecutionem finis ut infra dicemus: Ergo est pars subiectiva, & non tantum obiectiva divina providentiae.

96 Respondeo distinguendo Majorem. Quae addit aliquid se tenens ex parte rationis formalis, concedo Majorem. Se tenens solum ex parte obiecti sui connotati materialis, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem, & nego Consequentiām. Itaque non omnis additio ad aliquid facit partem subiectivam, sed additio ad rationem formalem, & per se. Nam intellectus practicus addit aliquid supra intellectum, scilicet ordinem in operatione, & tamen non est pars subiectiva illius, quia ratio practica se tenet tantum ex parte obiecti materialis intellectus, non autem ex parte obiecti formalis. Item scientia vixionis vel approbationis in Deo, addunt aliquid supra scientiam ut sic, scilicet praesentiam obiecti in mensura propria vel superiori aeternitatis, & decretum seu beneficium divinae voluntatis; & tamen non sunt partes subiectivae, sed obiectivae tantum divinae scientiae. Cum ergo efficaciam mediatorum & consecutio gloriae, quae addit predestinationem supra providentiam generalem, non sint aliquid se tenens ex parte rationis formalis divinae providentiae, quae est respicere finem ultimum simpliciter ipsius provisorius, predestinatio non est pars subiectiva, sed tantum obiectiva divinae providentiae.

97 Obiectis tertio contra secundam conclusionem: Partes obiectivae alicuius virtutis vel habitus, sunt eisdem rationis & conditionis: Sed predestinatio non est eiusdem conditionis ac aliae partes divinae providentiae: Ergo non est pars obiectiva illius. Major constat: nam omnes conclusiones Theologicae v. gr. quae sunt partes obiectivae habitus Theologici, procedunt ex principiis fidei, & nituntur divinae revelationi virtuali. Minor vero probatur: Predestinatio importat infallibilem finem consecutionem, quam non dicunt aliae partes divinae providentiae: ut constat in reprobatione, quae est quadam providentia quae versatur circa res quae nunquam consequentur suum finem: Ergo predestinatio non est eiusdem conditionis & rationis, ac aliae partes divinae providentiae.

98 Respondeo partes integrantes vel obiectivas alicuius virtutis vel habitus, debere esse eiusdem conditionis essentialis, non tamen semper requiri ut sint eiusdem conditionis accidentalis: hoc autem quod est consequi infallibiliter finem rei provisa, non est conditio essentialis, sed tantum accidentalis divinae providentiae ut sic, quae solum respicit essentialiter finem ultimum ipsius provisorius: scilicet gloriam Dei, & divinarum attributorum manifestationem, & hanc semper consequitur, ac proinde in illo omnes eius partes semper conveniunt: ut supra iam observavimus. **ARTICULUS V.** Variis modis in quibus divina voluntas operatur, & quomodo se habeat ad naturam, & ad potentiam creaturam, & ad liberum arbitrium. *Constitutio operatur dignis.*

99 Ex dictis in hac disputatione colligitur primo predestinationem recte sic definiti ab Augustino libro de dono perseverant. cap. 14. *Predestinatio est prospectiva, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur.* In qua definitione, nomine praesentia non debet intelligi scientia media, ut contendunt eius defensores: Tam quia D. Augustinus illam exclusit ac reproboavit, non solum quantum ad adambum, sed etiam quantum ad substantiam, & docuit quod Deus predestinationem suam a praesentia qua fuerat ipse futurus, & quod si futura nostra bona opera praesentia, utique predestinatio: ut Tractata de scientia Dei sub expensio disp. 6. art. 1. Tum etiam quia scientia media, cum sit pure speculativa non potest dare infallibilitatem & efficaciam necessitatem predestinationi, ut infra ostendemus disp. 4. art. 1. Nomine ergo praesentia intelligitur scientia Dei practica, seu approbationis, divina voluntatis decreto mixta, quae non supponit, sed facit rerum existentiam & futuritionem, & ad quam pertinet actus divini imperii, in quo predestinationis essentiam consistere demonstravimus. Additur *Preparatio*: ut per hoc nomen magis declararetur, quod predestinatio non est quocumque praesentia sui cognitio, sed cognitio practicae praesentiae, seu actus imperii quo media ad salutem & vitam aeternam conducenda preparantur, ac executioni mandantur. Subiungitur *Beneficiorum Dei*: hoc est donorum, seu bonorum quae Deus predestinat, confert, inter

quae non solum numeratur gratia habitualis quae iustificatur, sed etiam actualis quae excitatur, moventur, & adjuvantur ad bene operandum, ipsaque bona opera quibus gloriam aeternam promerentur, ac magnum perseverantiae donum, quod ut dicit Tridentinum sess. 6. cap. 13. *Aliquid haberi non potest, nisi ab eo qui potens est, cum qui sine sinuere ut perseveranter Res, & cum qui cadit resistere.* Et tandem ipsa gloria, quae beneficiorum Dei maximum est, & ultimum, ac praecipuum divinae predestinationis effectus: Denique dicit Augustinus: *Quibus certissime liberantur quicumque liberantur, ut declarat vim & efficaciam intrinsecam auxiliatorum gratiae, quibus electi ad aeternam beatitudinem infallibiliter perducuntur, & significet, predestinationem non nisi tantum mediis ex se fallibilibus, & moraliter tantum excitantibus, & quae ex sola praesentia futuri consensus habeant certitudinem & efficaciam, ut docent defensores scientiae mediae, sed auxiliis ex se efficacibus & ex infinita divina voluntate & omnipotentia virtute & efficaciam descendentibus: ut enim inquit ipse Augustinus de praedest. Sanct. cap. 10. *Quasdam Deus promissit Abraham solum & conservavimus Gentium, non de nostra voluntate potestate, sed de sua predestinatione promissit: enim quod ipse facturus fuerat, non quod homines; quia est faciente homines bona quae pervenire ad ostendunt: Deum, ipse tamen factus ut illi faciente quae praecipit, non illi factus ut ipse faciat quod promissit; &c.**

Colligitur secundo: optimam etiam esse predestinationis definitionem a D. Thoma traditam hic art. 1. ubi ait: *Predestinatio est ratio transmissivissimae creaturae rationalis in vitam aeternam.* Prima particula ponitur loco generis, & denotat predestinationem, sicut & providentiam, esse actum divini intellectus, ut supra ex eodem S. Doctore monstravimus. Aliae vero designant triplicem differentiam, quae (ut infra ostendemus) inter predestinationem, & generalem providentiam reperitur. Prima se tenet ex parte subiecti, creaturae scilicet rationalis, quae sola est capax beatitudinis. Secunda ex parte finis, scilicet vitae aeternae, a predestinatione inspecta. Tertia sumitur ex efficaciā & infallibilitate mediatorum, quibus electi ad finem illum infallibiliter transmittuntur & perducuntur: quae omnia clare patebunt ex dicendis corollario 4.

Colligitur tertio: Spurium ac illegitimum esse hanc predestinationis definitionem quam tradit Molina hic art. 1. disp. 1. *Predestinatio est ratio ordinis seu mediatorum in Deo, quibus praevideo creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam, cum prospectivum ordinem exsurgendi.* Nam praeterquam quod haec definitio longissima est, & propterea non parum vitiosa, illa tacite inculcat scientiam mediam, quia dicit esse ordinem mediatorum quibus Deus praevidet, non autem dicit quibus Deus preparat creaturam rationalem, praevio autem mediatorum, sine preparatio a Deo facta, est scientia media. Augustinus autem dicit quod predestinatio est praesentia, & preparatio beneficiorum Dei, & non solum praesentia. Praeterea cum scientia media sit ad summum quomodo problematica, & sub litigio, & disputatione Theologorum relicta, eam in descriptione predestinationis inferere, eisque definitionem praesentia illa futuri nostri consensus explorare, infarrigare, est velle res dubias & disputabiles, voluntaria definitione terminare.

Colligitur quarto: Inter predestinationem & providentiam multa reperiri discrimina. Primum est quod subiectum predestinationis est sola creatura rationalis, providentiae autem subiectum est omnis creatura: quia illa respicit beatitudinem supernaturalem: cuius capacitas in sola creatura rationali invenitur: ista vero quocumque effectus ad omnipotentia productos, quorum aliae creaturae sunt capaces.

Secundum est, quod predestinatio respicit finem superexcedentem facultatem rationalis creaturae: Providentia autem superexcedentiam illam non petit, sed circa quemlibet finem, five naturalem, five supernaturalem veritatur, media ad illum ordinando, ut docet D. Thomas hic art. 1. & quae de ver. art. 1.

Tertio, Predestinatio a providentia distinguitur, per hoc quod illa est infallibilis, non solum quoad ordinem mediatorum in finem, sed etiam quoad actualis ipsius consecutionem: ista vero solum petit infallibilitatem ordinis, non vero effectus finis ut tractatu praecedenti disp. 3. art. 3. ostendemus.

Ex dictis etiam in huius disputationis decursu facile intelligitur, quomodo sint ordinandi actus divini intellectus & voluntatis, ad predestinationis negotium pertinentes. Nam sicut in nobis antequam aliquem finem consequamur, debet primo procedere cognitio finis. Secundo eius intentio. Tercio actus consilii de mediis eligendis. Quarto iudicium, seu sententia quae iudicat quae media sint utilis, quae inutilia. Quinto proponitur media voluntati ut eligat. Sexto voluntas eligit quae sibi magis placeat. Septimo juxta D. Thom. supra relatum, intellectus imperat executionem mediatorum. Octavo voluntas applicat potentias executivas, qui actus vocatur usus activus. Deinde sequitur executio, seu usus passivus. Idem proportionaliter, & scilicet imperfecti-

100

101

102

103

S. I.

*Praemittuntur quae quid omnes sunt certa, & referuntur sententiae.*

In hac questione duo certa & indubitata fide tenenda sunt, & aliud in controversiam revocatur. In primis de fide certum est, & in multis Conciliis contra Pelagianos definitum, electionem hominum ad primam gratiam & vocationem, esse omnino gratuitam, & a meritorum praesentia independentem, ut egregie demonstrat D. Augustinus cap. 15. de praedest. Sanctorum, exemplo Christi, qui cum sit nostrae predestinationis exemplar, predestinatus est ad gratiam unionis, absque ullis praecedentibus meritis, & ex sola gratuita Dei electione & dilectione: Est (inquit) *praclarissimum lumen predestinationis & gratiae ipse Salvator; ipse mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, qui ut hoc esset, quibus tandem suis, vel operum, vel fidei praecedentibus meritis, natura humana quae in illo est, comparavit; Respondenter quae: ille homo ut a Verbo Patri coaeterno in unitatem personae assumptus, Filius Dei unigenitus esset, unde hoc meritis? Quod eius bonum quaecumque processit? quid egit ante, quid credidit, quid petivit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Et tandem circa finem capituli, sic concludit: Sicut ergo predestinatus est ille unus, ut caput nostrum esset, ita & multi predestinati sumus, ut membra eius essemus. Humana hic merita conticeant quae perveniret per Adam, & regnat quae regnat Dei gratia per Jesum Christum Dominum nostrum. Quisquis in capite nostro praecedentia merita singulari illius generationis invenit, ipse in nobis membris eius, praecedentia merita multiplicata regenerationis inquirat. Neque enim retributa est Christo illa generatio, sed tributa. Sic & nobis ut ex aqua & spiritu renasceremur, non retributum est pro aliquo merito, sed gratis tributum. Non putare debemus priores nos delisse aliquid, ut retribueretur nobis regeneratio salutis. Ille facit in hominibus principium fidei, & perfectionem in Jesu qui fecit hominem & perfectorem Jesum.*

Secundum quod etiam fide catholica sanctum est, & in Tridentino contra huius temporis hereticos definitum est, predestinationem in ordine executionis, a meritis & bonis operibus dependere, saltem in adultis, quibus parvitas, sed etiam titulo praemii & mercedis, & tamquam corona iustitiae, ut loquitur Apostolus. Sicut enim gratia definit esse gratia, si detur ex meritis, ita praemium cessat habere rationem praemii & coronae, si mere gratis, & nullis praecedentibus meritis confertur.

In his conveniunt omnes Catholici, sed gravis difficultas est, & multorum ingeniorum tortura, an ipsa electio praedestinatorum ad gloriam, seu intento & volitio efficax quam Deus habet dandi gloriam electis, & per quam illos discernit a reprobis, quae a quibusdam *Doctrinam inextinguibilem* appellatur, supponat merita praevisa, & ab illis pendeat tamquam a causa motiva, cuius intuitu Deus incitetur & moveatur ad illos eligendos praevia? An vero illa sit pure gratuita, & ex sola Dei liberalitate & bonitate procedens, nec supponat merita & bona opera praevia ut motivum eligendi, sed potius illa respiciat ut effectus a se derivatos & procedentes. Uno verbo punctum difficultatis est, an Deus incipiat discernere praedestinatum a non praedestinato, per electionem ad gloriam, & deinde subsequatur electio ad gratiam, & ad media quibus infallibiliter gloriam consequetur? Vel an prius eligat unum praevio alio ad gratiam, & ad media, seu merita, & postea ad gloriam.

In qua difficultate tres reperio sententias. Prima docet electionem efficacem praedestinatorum ad gloriam, merita praevisa supponere, & ab illis, ut a causa motiva dependere: unde pro priori ad praevisionem meritorum, solum recognoscit in Deo voluntatem inefficacem dandi gloriam, praedestinatis & reprobis communem. Ita censent Molina, Vasquez, Lessius, Becanus, & alii Reincidentes.

Secunda sententia, quae est Catharina, distinguit inter eximie sanctos, & alios non ita eversae sanctitatis, asserit illos ante meritum praevisionem efficaciter eligi ad gloriam, istorum vero efficacem electionem merita praevisa supponere.

Tertia absolute docet predestinationem non fieri ex praevisionis meritis, nec illa ut motivum, sed ut effectus a se causatos, respicere. Ita praeter Thomistas docent celeberrimos ex Societate Doctores, Ruizius, Maldonatus, Petavus, Thypianus, & Bellarminus lib. 2. de gratia & libero arbitrio cap. 11. ubi asserit hanc sententiam esse traditionem univulve Ecclesiae: *Quamvis enim (inquit) ante exortam haeresim Pelagianam, veteres Patres questionem istam non adeo accurate tractaverint, sed tantum occasione oblata breviter sententiam suam aperuerint, ut S. Augustinus docet libro de bono persever. cap. 20. qui tamen cap. 10. Cyprianum, Ambrosium, & Nazianzenum pro hac sententia citat. Ceterum post illam haeresim*

DISPUTATIO II.

De causis Praedestinationis.

Ubi fons Nili erumpat, quae prima tanti fluminis origo, & tot curiosi scrutatores, frustrato semper labore inquisierunt, ut inter *Aethiopes* & impossibilia, olim proverbialiter iudicaretur, fontes Nili invenire. Unde egregie Lucanus lib. 10.

*Arceum natura caput non prodidit ulli:  
Nec licuit populo parum se Nili videre,  
Amovisque sinus, & Genes maluit oras  
Mitari, quam nosse suos.*

Sed longe altior & secretior est divinae praedestinationis origo, & unde fluit fluminis illius impetus, qui laetificavit civitatem Dei, unde inquam hoc divinae gratiae lumen oritur, difficile est explorare, nec ejus origo sciri potest, nisi ab eodem spiritu, qui solus abditissimos divini cordis recessus scrutatur. Eius ergo revelationi humiliter insistentem, divina praedestinationis causas & originem, juxta Scripturam Sacram, & SS. Patrum, praesertim Augustini & Thomae, dogmata nunc inquirimus.

Porto hic non agimus de omnibus causis praedestinationis: nam satis constat ex dictis, solum Deum esse causam efficientem illius; manifestationem divinarum perfectionum, causam finalem. Actum divini imperii transmittentis creaturam intellectualem in finem vitae aeternae; causam formalem. Et tandem creaturam rationalem, five intellectualem, esse causam materialem, five materiam circa quam illa versatur. Uae hic solum disputandum erit in causa motiva praedestinationis, & discutendum, an illa sit divina bonitas, & gratuita ejus dilectio circa electos, vel praesentia futurorum meritorum?

ARTICULUS I.

*An electio efficacis praedestinatorum ad gloriam sit pure gratuita, & merita praevisa antecedat, vel supponat?*

Hac celebris controversia non procedit de praedestinatione secundum suam rationem essentialiam considerata, & prout importat actum divini imperii, in quo supra ostendemus essentiam praedestinationis consistere, sed de qua, prout dicit electionem efficacem salvandorum, & quae ad actum imperii praesupponitur. Unde consulto diximus in titulo ejus articuli: *An electio efficacis praedestinatorum ad gloriam, &c.*

refm exortam, omne omnino qui sanctitati nomine in Ecclesia claruerunt, hanc ipsam sententiam aperissime docuerunt, ut perspicuum est ex S. Augustino in libro de predestinatione...

§. III.

Alterum ejusdem Apostoli testimonium habetur capitulo 9. Epistola ad Rom. ubi de causa nostre predestinationis ex instituto differens, hanc referit in solam Dei misericordiam voluntatem, elegantis hanc, & relinquens illorum, & ad hoc probandum inducit exemplum duorum geminorum...

§. IV.

Am clarum & evidens Apostoli testimonium, multiplicitate consatur eludere Adversarij, in primis enim respondet Molina hic art. 1. disp. 5. membro 11. & Lessius de predest. sect. 3. n. 32. Scripturam ibi non loqui de electione...

Tam clarum & evidens Apostoli testimonium, multiplicitate consatur eludere Adversarij, in primis enim respondet Molina hic art. 1. disp. 5. membro 11. & Lessius de predest. sect. 3. n. 32. Scripturam ibi non loqui de electione...

ritorum, docet Apostolus: Primo quia ait Deum nos eligere, non quia futuri eramus sancti, sed ut essetis sancti, ac proinde censet nos sanctitatem, non quia futuri eramus sancti, sed ut essetis sancti, ac proinde censet nos sanctitatem, non quia futuri eramus sancti...

§. III.

Alterum ejusdem Apostoli testimonium habetur capitulo 9. Epistola ad Rom. ubi de causa nostre predestinationis ex instituto differens, hanc referit in solam Dei misericordiam voluntatem, elegantis hanc, & relinquens illorum, & ad hoc probandum inducit exemplum duorum geminorum...

§. IV.

Am clarum & evidens Apostoli testimonium, multiplicitate consatur eludere Adversarij, in primis enim respondet Molina hic art. 1. disp. 5. membro 11. & Lessius de predest. sect. 3. n. 32. Scripturam ibi non loqui de electione...

gantur de ipsis personis Jacob & Esau, vel de populis ab utroque ascriptis, deque eorum temporali prosperitate ac successu iniqui; tamen certum est illa adduci a Paulo, ad declarandum infscrutabilem predestinationis mysterium, & ad demonstrandum, predestinationum electionibus, sed ex solo divine voluntatis arbitrio esse; ibique induci Jacob in exemplum omnium electorum, & Esau in typum omnium reproborum, ut tradunt Magister in 1. dist. 41. D. Thomas hic art. 3. in argum. sed contra, & ad Ram. 9. lect. 2. & Cajetanus ibid. adduntque hunc esse communem sensum Patrum utriusque Ecclesie...

Secundo respondent alii cum Valentia: Apostolum in hoc loco solum excludere opera facta ex viribus nature, non vero opera gratia: vel solum excludere opera facta, sed non prævisa. Sed contra: Si Paulus solum excluderet opera facta ex viribus nature, & non opera gratia prævisa, electio non fieret ex vocante, & miserente Deo, nec secundum propositum Dei, sed ex operibus, secundum propositum hominum. Item facilis esset solutio hujus questionis, quare Deus eligit Jacob & non Esau? statim enim diceretur, hideo esse quia in æternitate prævidit operem Jacob facta in gratia, & non opera Esau, & ita non oportuisset Paulum exclamare, & dicere hanc questionem esse investigabilem, & redendum ad solam voluntatem & misericordiam Dei, nam posset facile reduci ad differentiam operum. Unde D. Augustinus variis in locis rejicit utramque hanc responsum. Nam Epistola 105. ad Sixtum, exponens hanc locum Apostoli, trahit secundam solutionem. Quis (inquit) istum ascriptum sensum desuisse Apostolo non miretur? hoc quippe ille non vidit, quando scripsit hoc sensum, sed quæ ipse ille non vidit, quando scripsit hoc sensum, sed quæ ipse ille non vidit, quando scripsit hoc sensum...

Primum autem responsum tangit & impugnat in Enchiridlo c. 98. ubi sic ait circa prædictum locum Apostoli. Quia in res futura opera, vel bona hujus, vel mala illius, quæ Deus utique prævidet, vellet intelligi, nequaquam diceret non ex operibus, sed diceret ex futuris operibus, eoque modo istam solvere questionem, immo nullam quam solvere opus esset, faceret questionem. Ubi apparet quod S. Augustinus excludit, quæcumque bona opera, five nature, five gratie, five existentia, five prævisa ut futura ante efficacem electionem prædestinationum ad gloriam.

Mens Augustini aperitur. Unamvis ex dictis §. præcedenti non obscure colligitur veritatem quam profertur, esse de mente Augustini, & oppositum sentientes toto ostio ab eius principi aberrare: quia tamen hujus S. Doctoris sententia, in materia de gratia & predestinatione; tanti ponderis est & momenti ut Hormidas Papa in Epistola ad Possessorum Episcopum, & Joannes II. in Epistola ad Avinionum Senatorem, remittant Catholicos ad libros Augustini, ut ibidem videre possint, quod hac in re Romana assenseret Ecclesie; & Suarez Prolegom. 6. de gratia cap. 6. dicat: Quiddam in hac materia Augustinus ut certum affirmat, & ad dogmata fidei pertinet, a quolibet sapiente & erudito Theologo, tendendum ac defendendum esse: ideo hujus S. Doctoris mentem & doctrinam oportet hic operosius inquirere, & diligentius investigare.

In primis ergo sententiam quæ docet electionem prædestinationum ad gloriam, esse pure gratiam, & a prævisione meritorum independentem, veram & germanam Augustini doctrinam esse, tenent graves Scriptores: Baronius ad annum 409. Sixtus Senensis lib. 6. Bibliothecæ annotat. 252. Corduba lib. 1. q. 9. Pererius tomo 6. disput. selectarum in Sacram Scripturam disp. 13. Bellarminus, & alii. Immo ipse Catharinus, alique ex adversariis, dum electionem ad gloriam fieri ex prævisis meritis asseruerit se ab Augustino hac in parte dedecere, ingenuè profiterentur.

Deinde Augustinum in ea fuisse sententia, aperte colligitur ex Epistolis Prospero Aquitano, & Hilario Aracientensi ad eundem. Nam Prospero initio Epistole proponit questionem de electione gratuita ad gratiam independentem a meritis prævisis, & tandem in fine Epistolæ proponit aliam questionem, nimirum de gratuita electione ad gloriam per modum intentionis, referens quod Massilienses dicerent novam esse illam Augustini sententiam, & Patres Augustino antiquiores docuisse electionem ad gloriam non esse omnino gratuitam, sed post prævisa merita & opera facta ex gratia. Augustinus autem non negat hanc esse suam sententiam, & in libris de predestinatione Sanctorum & de bono perseverantia, in quibus respondet Epistolis Prospero, & Hilario, non conqueritur de Massiliensibus, quod sententiam alienam sibi imposuissent, sed illam tanquam suam diligentissime explicat, & pluribus Sacra Scripturæ testimoniis confirmat. Hilarius vero referit inter alia, quod Massilienses de Augustino conquererentur tanquam dividente homines in duas classes, electorum scilicet & reprobatorum, ante prævisa opera, eoque ex voluntate Dei ita distinguente, ut non esset transitus ab una classe ad aliam. Unde moleste ferebat quod illa verba Apostoli, Deus vult omnes homines salvos fieri, intelligeret Augustinus de solis prævisis, per distributionem accomodatam. At Augustinus huic querelæ non cessit, & in eadem explanatione verborum Apostoli perilit. Ergo constat Augustinum docuisse voluntatem efficacem Dei circa gloriam salvandorum, antecederet ad præscientiam operum. Unde Vasquez 1. parte disp. 91. cap. 3. n. 13. hæc scribit: *Ceteris ex Recensitores qui istum sequuntur, existimant se resplic Augustino adversari, quod illo dixerit prædestinationem ante merita prævisa factam fuisse, quam quidem Augustini sententiam severam & diffidentem admodum esse arbitratur; & sententiæ Græcorum, Gallicorum, & Massiliensium, asserentium prædestinationem ex meritis fieri se consensurè putant.*

Confirmatur primo: Divus Prosper & Sanctus Hilarius 16 in eisdem Epistolis telantur ex Augustini doctrina plurimos in Gallia viros gravissimos & doctissimos; atque in Episcopali dignitate constitutos, fuisse turbatos, exultantes ex illa sequi fatalem quandam necessitatem, homines induci in desperationem, bonorum operum sollicitudinem colli, & hanc sententiam lapsis curam referendum admere, & sanctis occasione teporis asserere: quæ etiam abstrahit & inconyenientia nobis obijcit Adversarij. Sed hæc nullus, quantumvis bardus & supidus, suspicari potest sequi ex sententia quæ docet prædestinationem uti præscientia futuri consensus voluntatis, & prævisionem meritum seu bonorum operum supponere: Ergo manifestum est, Augustinum in ea non fuisse sententia, sed docuisse prædestinationem pure gratiam, & præscientiam meritorum antecederentem.

Confirmatur amplius: Sententia Augustini in materia de 17 gratia, & de predestinatione erat omnino diversa, & totaliter opposita doctrine Fausti Keggenis, Galliarum Episcopi, & Semipelagianorum Antesignani. Nam, ut testatur Sixtus Senensis loco supra citato, Faustus duos editi libros de gratia & humane mentis arbitrio, in quibus, suppresso Augustini nomine, ejus opinionem insectatur, illamque S. Doctorem, & acerrimum divine gratie vindicem, tanquam Manicheam & Gentilitatem superstitiosorum reum traducit, & calumniatur: Sed Faustus in præfatis libris, prædestinationem supponentem prævisionem futuri consensus, & præscientiam meritorum, aperissime docet; & alteram quæ meritum præscientiam antevertit, tanquam Gentilitatē superstitiosis impietatem detersatur: Ergo sententia quæ gratiam Dei prædestinationem profectetur, tanquam Gentilitatē Augustini fœtus habenda est. Major, & Consequentia patet. Minor etiam aperte colligitur ex Fausto lib. a. de libero arbitrio c. 4. ubi ait: *Præscientiam & prædestinationem Dei mali intelligitur, asserentes quod inde humanorum æternam causam nascitur.* Et c. 3. & sequentibus sepe repetit & inculcat tanquam præcipuum, sue doctrina fundamentum, *Nisi præscientia exploraverit, prædestinationis nihil dēbetur.* Ac tandem cap. 6. sententiam Augustini, tanquam Gentilitatē superstitiosis impietatem detersatur. Exponens enim hæc verba Apostoli: *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Jacob dilectus; Gentilitas superstitiosis impietas, quod Deus absque ullo inter bonum & malum moderatori examine, non ordine regenti, sed jure dominantis, illum affectu dignum, reddat hunc edito illum recipit studio, hunc excludat imperio, &c.* Quare Baronius loco supra citato, postquam ostendit libros Faustii de gratia & libero arbitrio, fuisse ab Hormida Papa, & ab universali Ecclesia damnatos tanquam hereticos, & Pelagianam doctrinam continentes, sic concludit num. 32. Tomo 6. pag. 343. editionis Venetæ. Cum inquit Faustii sententia, ubique ab Ecclesia Catholica fuerit condēditum, videant quanto periculo quidam ex Recensitoribus, dum in Novatores insurgunt; ut eos confutent, a S. Augustini sententia de prædestinatione recedant: cum alioquin arma non desint quibus heretici profiterentur.

Denique Augustinum fuisse gratuita predestinationis propagatorem acerrimum, ex pluribus ejus testimoniis aperte colligitur. Nam S. Doct. libro de corrept. & gratia cap. 6. explicans illud Joannis 6. *Nonne ego vobis dico, si quis me comederit, vivet in seculo seculi: sed nonne ego dico vobis, si quis me comederit, & bibiverit calicem, qui est, ut remaneat in me, & bibat meum sanguinem, maneat in me, & ego maneam in eo, & cum meo in seculo seculi.* ubi Augustinus loquitur de electione efficaci, constat ex eo quod loquitur de electione non communi ceteris Apostolis & Juda: inefficax autem electio communis est. Quod autem de electione ad gloriam loquitur constat ex illis verbis, *Ad obtinendum regnum suum*: Sed Augustinus docet hanc electionem esse ex misericordia: Ergo merita prava praececedit: nec ab illis movetur, alias esset ex iustitia, & non ex misericordia.

Præterea idem Augustinus de gratia & libero arbitrio c. 9. exponens hæc verba Apostoli, *Gratia Dei vita æterna*: ponderat quod cum possit dicere Apostolus, & recte dicere, *Spem suam iustitia vita æterna*; maluit dicere, *gratia auctora Dei vita æterna, ut bene intelligeremus, non pro meritis nostris Deum nos ad æternam vitam, sed pro sua misericordia producere.* Quod verificari non potest de perditione seu adfectione vite æternæ in executione, quia hæc in executione stipendium iustitiæ est, & dicere quod datur sine meritis, esset error: Ergo loquitur de illa in intentione, & de ipsa electione predestinationum ad gloriam, quæ est pure gratuita, quamvis ipsa gloria in executione per merita sit acquirenda. Sicut quando Rex ex thesauris suis deponit munera danda militibus fortiter, & genere pugnatibus, illa exhibitio mera liberalitas est ex parte Regis influentis certamen, licet ex parte athletarum, præmium per meritum & laborem sit acquirendum.

Denique idem S. Doct. gratiam predestinationem clarissime docet in libro Soliloquiorum anime ad Deum c. 28. quod est de profunda predestinatione & prescientia Dei. Nam ibidem n. 2. alloquens Deum sic ait: *mundas quem de nobis filius hominum eos in quibus tibi complacuit habitare, quos ab inaccessibilibus profundis secreti iudiciorum incomprehensibilium sapientia tua, semper iustorum, licet occultatorum, sine eorum meritis predestinasti ante mundum: vocasti de mundo, iustificasti in mundo, & magnificasti eos post mundum.* Non quibus autem hoc satis, quod admirantur, habentes omnes sapientes terre.

Respondent Vasquez & alii Recentiores: Augustinum prædictis locis loqui de electione ad gloriam in semine, scilicet de electione ad gratiam, quæ est semen gloriæ, de qua verum est dicere, illam esse pure gratiam, & ex divina misericordia, ac merita gratia antevertere. Sed contra primo: Augustinus in primo testimonio loquitur de electione differente ceteros Apostolos a Juda: & reprobis: At electio ad gloriam in semine, non sic discernit, cum Judas electus fuerit ad gratiam, quæ est semen gloriæ, & consequenter ad gloriam in semine: Ergo non loquitur de electione ad gloriam in semine, sed de efficaci electione ad gloriam in seipso.

Secundo, Augustinus prædicto loco dicit *Apostolos electos esse ad regnandum cum Christo*: Sed regnare cum Christo, est proprium gloriæ, & non gratiæ hujus vite, alioquin reprobis qui est in gratia, posset dici regnare cum Christo, quod est absurdum: Ergo idem quod prius.

Tertio, Augustinus dicit *Apostolos electos fuisse ad regnandum cum Christo, non quoniam electus est Judas*: Si autem de sola electione ad gratiam ageret, non solum non diceret ad regnandum cum Christo, ut jam expendimus, sed neque excluderet Judam, cum ille ad gratiam fuerit electus, sicut & alii: Ergo &c.

Quarto, Augustinus in secundo testimonio loquitur de vita æterna quæ nobis redditur in futuro: Sed hæc non est nisi gloria in seipso, non ut contenta virtualiter & formaliter in gratia hujus vite, nam ista etiam nunc habetur: Ergo Augustinus non loquitur de gloria in semine.

Quinto, idem S. Doct. ibidem ait: *Cum Apostolus possit vitam æternam appellare stipendium iustitiæ, maluit istam gratiam appellare*: At hoc non potest verificari de gratia, sed solum de gloria: nam gratia cum detur mere gratis, & ex nullis præcedentibus meritis, stipendium iustitiæ appellari non potest: Ergo Augustinus ibi non loquitur de electione ad gratiam, sed ad gloriam.

Denique idem S. Doct. in tertio testimonio ex libro Soliloquiorum desumpto, loquitur de illis quæ Deus iustificat in hoc mundo, & magnificat post hunc mundum: ut constat ex verbis supra relatis: Sed illi sunt predestinati ad gloriam, ut patet: Ergo loquitur de electione predestinationum ad gloriam.

Secundo respondent alii: August. loqui de electione ad gratiam ut perseverantem hualiter, quæ non est communis predestinatis & reprobis, sed propria predestinatis. Sed hæc etiam solutio non satisfacit: Primo quia si qua inconvincibilis electio electione ad gloriam sequuntur, eadem inferuntur ex efficaci electione ad perseverandum finaliter ante merita prava: Ergo illa concessa, concedi

etiam debet electio efficax ad gloriam, merita prava anteverens.

Secundo, Gratia ut finaliter perseverans, est medium efficax in ordine ad gloriam: Sed ut constabit ex dictis §. sequenti, efficax electio mediis efficacis ad finem, efficacem finis intentionem supponit: Ergo &c.

Tertio, Perseverantia in executione non ponitur in adultis, nisi dependenter a propriis actibus, & tamen juxta hæc solutionem, electio ad illam, bona opera predestinati precedit: Ergo etiam electio ad gloriam, non obstante quod in executione conferatur adultis dependenter a meritis, antecedit illorum prævisionem.

Denique respondent alii cum Lessio: Electionem ad gloriam appellari ab Augustino gratuitam, & ex misericordia, per exclusionem præcedentium operum naturalium, non per exclusionem præcedentium meritorum gratiæ, quia inquit, intentum D. Augustini locis supra citatis, erat impugnarè Massilienses, qui ponebant predestinationem post prava merita quæ erant ex conatu nature, & non ex auxilio gratiæ.

Sed hæc etiam solutio est insufficientis, & rejicit primo: Quia Augustinus locis citatis, non solum docet electionem predestinationum ad gloriam esse ex misericordia, quia non est ex meritis, sed etiam quia est meritorium causa: quod egregie declarat D. Prosper 2. de vocat. Gentium cap. 35. dicens: *Deus his quos elegit sine meritis, dicit unde ornantur ex meritis*: Ergo Augustinus intendit electionem predestinationum ad gloriam, esse pure gratiam, & non solum non esse ex meritis nature, sed neque etiam ex meritis gratiæ.

Secundo, Plures ex Massiliensibus contra quos agebat Augustinus, asserunt electionem ad gloriam esse ex pravis meritis gratiæ, ut constat ex Prospero Episcopo ad Augustinum, ubi sic habet: *hæc ipsorum (scilicet Massiliensium) definitio atque professio est, omnem quidem hominem Adamo peccante peccasse, & neminem propter opera sua, sed per Dei gratiam regeneratione salvatum. Qui autem credituri sunt, quia in ea fide qua per Dei gratiam sic servanda manserit, præfuisse ante mundi constitutionem Deum, & eos prædestinasse in regnum suum, quos gratiam vocasti, & dignos futura electione, & de hac vice sine bono discessurus esse prævidisti*: Ergo non omnes Semipelagianis pro causa electionis ad gloriam opera nature constituebant, sed aliqui opera prava ex gratia, ac proinde August. contra illos disputans utrumque impugnat.

Adde quod Sancti Patres, ut constant errores hereticorum, alia solent addere ad complementum doctrinæ, ut magis consentanea suis principiis: Et ita Sanctus Augustinus, cum probat contra aliquos Semipelagianos, electionem ad gloriam non esse ex operibus nature, simul ostendit illam esse omnino gratuitam, & a quorumcunque meritorum prævisione independenter.

Adde etiam, quod idem S. Doct. locis infra referendis docet hæc quasi, cur Deus unum eligat ad gloriam, non vero alium, esse inscrutabilem, & reducendam cum Apostolo ad solam voluntatem divinam, quod esset falsum, si gratuita predestinatione non excluderet meritum gratiæ, sed solum merita nature: nam posset facile reddi ratio hujus questionis, & hæc diversitas reduci ad differentiam operum quæ sunt ex auxilio gratiæ, ut constat ex supra dictis.

§. VI.

Quid de D. Thoma?

Augustini vestigia secutus est fidelissimus ejus Discipulus D. Thomas, & gratuitam predestinationum electionem ad gloriam ita expressè docuit, ut de ejus mente dubitare, sit in media veluti nec incutire. Nam S. Doct. hic art. 5. ad 3. ait: *Quare hoc elegit ad gloriam, & illos reprobavit, non habet rationem nisi divinam voluntatem: quod falsum esset, si electio predestinationum ad gloriam, supponeret præscientiam meritorum.* Et articulo precedenti docet electionem predestinati ad gloriam, non oriri in Deo ex bonitate predestinati, sed causare in illo necessariam bonitatem ad gloriæ consecutionem. At bonitas necessaria ad illius consecutionem sunt merita: Ergo secundum D. Thom. illa non supponuntur ad electionem ad gloriam, sed causantur originaliter per illam. Item q. 6. de verit. art. 2. sic habet: *Quod Deus velit dicit dare gratiam & gloriam, hoc ex mera liberalitate procedit.* Et art. 6. Præscientia (inquit) meritorum vel proprium vel aliorum, non est causa predestinationis. Et in cap. 9. Epist. ad Roman. lect. 3. Non potest esse quod meritis consequentia gratiam sint ratio miserandi aut predestinandi, sed sola Dei voluntas secundum quam misericorditer aliquos liberas. Denique super cap. 1. Epistol. ad Ephes. exponens hæc verba Apostoli: *in quo etiam nos sorte vocati sumus, & predestinati secundum prepositum ejus qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue*, hæc scribit: *Deus Apostolus voluntarius Dei predestinationem, cujus quidem predestinationis ratio non sunt merita nostra, sed mera Dei voluntas, propter quæ*

*subdit secundum prepositum ejus.* Et certe, si Rex in edictis, legibus, & ordinationibus suis, pro ratione suam proferat voluntatem, hæcque in litteris, ac diplomatibus regalis, communiter inscribitur clausula, *Car vel est nostre bonis placuit*. Multo magis Deus, Rex regum, & supremus omnium domini, suum unum beneplacitum, & futuræ voluntatis acquiescentiam, pro ratione unica suorum omnium operum habere, & palmam profecti poterit.

Dices, D. Thomas 3. p. quæst. 1. art. 3. ad 4. ait: *Prædestinatio supponit præscientiam futurorum*: Ergo ex D. Thoma illa non est pure gratuita, sed dependens a prævisione meritorum.

Sed nego Consequentiam, nam D. Thomas ibi loquitur de predestinatione Christi, quam docet supponere præscientiam futurorum: id est peccati originalis, & peccatorum actualium, quæ in illo ut in radice continentur, & ab illa dependere in genere causa materialis. Unde acute ibidem observat Cajetanus, futura esse in duplici differentia; quædam enim constituantur per ipsam predestinationem, & sunt effectus illius, & horum præscientia non presupponitur ad predestinationem. Alia vero sunt futura, quæ non constituntur per ipsam predestinationem, sed ad eam presupponuntur tanquam objectum, sicut natura presupponitur ad ordinem gratiæ, & quod gratia perficiat naturam & subiectetur in illa, & hoc modo præscientia peccati originalis futuri, presupponitur in Deo ad predestinationem Christi, tanquam morbus nature, ad quem sanandum celestis medicus venit.

§. VII.

Ratio fundamentalis nostre conclusionis exponitur.

Ratio fundamentalis nostre conclusionis sumitur ex D. Thoma locis citatis, & potest breviter sic proponi. Qui ordinatè vult, prius vult finem, quam media ad finem: Sed Deus ordinatè vult: Ergo prius vult finem quam media ad illum: Atqui gloria est finis, & merita sunt media ad illam conducentia: Ergo prius vult gloriam quam merita, & consequenter electio ad gloriam non potest esse ex prævisione meritorum. Fundatur hæc ratio in hoc principio quod §. Ethic. cap. 8. & alibi simpliciter tradit Aristoteles: videlicet: *Finem prius esse volentem ad agere, quam media ad illum*. Ex quo bene inferitur, quod Deus prius in signo rationis voluit electis bonum vite æternæ, nullis præsuppositis meritis, etiam pravis, & postmodum determinavit media, scilicet merita, per quæ ad vitam æternam perveniunt.

Mirum est quantum hoc argumentum torquent Adversarii: unde ut ab illo se expediant in omne latum se verunt. In primis occurrit Molina dicens Majorem argumentum verum esse in his qui distinguunt actibus voluntatis suæ: media: non autem in Deo, qui unico simplicissimo actu utrumque attingit.

Sed hæc solutio non minus rejicitur, quia licet Theologi non admittant inter actus divini intellectus aut voluntatis aliquam prioritatem realem, admittunt tamen prioritatem, sicut & distinctionem, virtualiæ, aut rationis rationalis, per ordinem ad diversa objecta materialia ad quæ terminantur. Sic scientia simpliciter intelligentiæ prius in Deo concipitur, quam scientia visibilis: quia prius concipiuntur res sublati possibilitatis, quam existentia, vel futuritionis. Sic predestinatio Christi dicitur esse prior predestinatione Angelorum & hominum, quia reliqui electi sunt in ipso, ut dicitur ad Ephes. 1. Cam ergo finis sit ratio volendi & eligendi finis, & ipsa media sunt volita propter finem: negari non potest in Deo prioritas quedam virtualis, & secundum rationem cum fundamento in re, inter intentionem finis & electionem meritorum.

Secundo Respondet Vasquez, Majorem esse veram respectu illius qui sibi vult & intendit finem, non autem in eo qui vult finem alteri: unde cum Deus non sibi sed nobis velit gloriam, non sequitur illam esse volitam & intentam a Deo, antecederet ad prævisionem meritorum.

Sed hæc etiam solutio minime infringit rationem D. Thomæ: quod enim finis intenditur sibi vel alteri, parum refert, dummodo sit ratio volendi & appetendi media ad ejus consecutionem: necessaria: unde cum gloria predestinatis volita, habeat rationem finis, & consequenter sit ratio illius volendi gratiam & merita, & omnia illa media ex divina dispensatione ad ejus consecutionem necessaria, illa prius debet esse volita & intentata a Deo, quam merita.

Confirmatur: Sive enim quis intendat sibi finem, vel alteri, semper electio meritorum debet regulari a prudentia: Sed non potest perfectè regulari a prudentia, nisi ex expressa & formali intentione finis; quia recta ordinatio prudentiæ causatur ex recta intentione finis, sicut notitia conclusionum est notitia principiorum: Ergo quamvis gloria sit finis a nobis obtinendus, debet tamen prius esse volita & intentata a Deo, quam merita, quæ sunt media ad illam conducentia.

Confirmatur amplius: Non alia de causa desiderans si-

nem sibi, debet prius efficaciter illum intendere, quam ad electionem efficacem procedat, nisi quia habet in potestate sua finem obtinendum, & media: At Deus non solum gloriam habet in sua potestate, sed etiam merita & bona opera, quæ sunt media ad illam conducentia, & omnia quæ nobis subiacent potestati: alia falsum esset quod Augustinus multoties asserit, præcipue in Enchiridio cap. 97. & de corrept. & gratia cap. 14. Deum scilicet: *magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas*: Ergo ut eligat efficaciter merita, debet prius intendere gloriam, quamvis illa sit finis a nobis obtinendus. Adde quod, licet Deus non intendat beatitudinem, ut sibi acquirendam, eam tamen intendit ut a se communicandam hominibus: Ergo non minus debet eligere media ex efficaci intentione illius, quam si eam sibi acquirendam intendere.

Ex his consutata manet responsio aliorum qui dicunt, quod quando finis intenditur ut premium & ut corona (ut contingit in proposito) non est necesse quod sit voluitus efficaciter ante media quæ conducent ad ejus consecutionem, id est ante merita. Nam finis, sive habeat rationem præmiæ & coronæ, sive non, debet semper esse ratio volendi media, cum tota bonitas meritorum sumatur a bonitate finis: Ergo semper est prius voluitus & intentus.

Adde quod, ut gloria per modum præmiæ & coronæ intendatur, satis est ut Deus efficaciter intendat illam per merita in ordine executionis ponenda, nec requiritur quod talis intentio a meritis tanquam a causa moviva dependat: ut supra insinuavimus, & latius expendimus in solutione argumentorum.

Tertio respondent alii cum Vasquez, hoc argumentum solum probare voluntatem quandam inefficacem dandi gloriam, precedere in Deo voluntatem dandi merita, quæ sunt media ad illam conducentia. Sicut enim Pater v. g. ex simplicis & inefficax voluntate quæ solum vult finem, sicut gloriam vel Episcopatum fieri, movetur ut ei præbeat studiorum subsidia, ita etiam (inquit Vasquez) Deus ex inefficax intentione & voluntate antecedente, quæ vult omnibus dare gloriam, moveri potest ad electionem meritorum: Cui responsioni valde assensu est solutio Lessii asserentis quod ante merita prævisa, est volita a Deo beatitudo in communi, non tamen in particulari, & ut applicata huic singulari, v. g. Petro.

Verum neque his solutionibus argumentum diluitur: nam contra primam sic insurgo primo. Electio meritorum debet proportionari intentioni finis: ergo electio electio mediis efficacis ad finem, efficacem finis intentionem supponere debet, ut debita proportio salvetur. Ille enim esset plane imprudens, vel stultus, qui non intendere efficaciter aliquem finem, & tamen eligeret media efficaciter ad illum conducentia.

Secundo, Non minus electio supponit intentionem, quam executio electionem: At realis & efficax finis executio per media, necessario supponit efficacem electionem: Ergo & efficax electio, necessario supponit efficacem intentionem.

Tertio, Non minus pendet electio ab intentione, quam assensus conclusionis ab assensu præmissarum: At assensus certus & evidens conclusionis, presupponit certitudinem & evidentiam in assensu præmissarum: Ergo efficacia electionis necessario supponit efficaciam intentionis.

Quarto, Ex inefficax finis intentione, non nisi a casu potest ad efficacem procedi electionem: At iste procedendi modus divinæ voluntati repugnat: Ergo in illo efficacia electionis meritorum, efficaciam intentionis supponit. Minor patet, Major probatur. Intentio inefficax finis est conjungibilis cum negatione assensionis finis: Ergo ex vi illius non per se, sed per accidens, & consequenter casu, potest obtineri finis, ac proinde non nisi a casu, potest ex illa ad efficacem electionem procedi.

Denique exemplum quo se tegit Vasquez, in nullo servat paritatem: pater enim filio Episcopatum desiderans, non habet illum in potestate sua, quæ exhibet media efficacia ad ejus consecutionem, & sic non mirum quod illa meritorum dispositio ex efficaci voluntatis suæ non oriatur: Deus autem predestinans homines ad gloriam, & finem acquirendum, & media ad illam efficacem conducentia, habet in sua potestate, ut supra dicebamus: Ergo repugnat ut ex inefficax intentione salvandi homines, moveatur ad electionem efficacem meritorum.

Ex quibus facile impugnari potest solutio Lessii! Nam voluitio gloria solum in communi, & nulli in particulari applicata, non potest esse efficax, sed tantum simplex complacencia & amor illius, cum beatitudo in communi, & ut abstracta a circumstantiis, & a personis in particulari, non possit poni in actu, nec sub hac ratione ab aliquo sequibilis sit. Ergo si electio efficacis meritorum, supponat intentionem efficacem finis, & non solum simplicem complacentiam & amorem illius, ut jam ostendimus contra Vasquez, manifestum est, ante merita prævisa supponi in Deo intentionem beatitudinis in particulari, & ut applicatam huic singulari, & non solum volitionem beatitudinis in communi, & abstractentem a circumstantiis & personis in particulari.

Con-

§. VIII.

Aliter Argumentis eadem veritas suadetur.

- 37 Confirmatur primo: Cognitio antecedens electionem predestinatorum ad gloriam, eamque dirigens, est de hominibus & mediis in particulari: Ergo & ipsa electio illi enim actus sibi mutuo correspondent.
- 38 Confirmatur secundo: Eligere aliquid in communi, & postea in particulari, dicit imperfectionem, utpote profectum ad imperfecto ad perfectum: Ergo repugnat quod Deus prius velit gloriam hominibus in communi, & postea in particulari. Maxime quia voluntas confectus & efficacis, qualis est electio ad gloriam, non fertur in res in communi, sed in particulari, & cum omnibus circumstantiis.
- 39 Confirmatur tertio: Esto sit possibilis electio efficacis ad gloriam absolute, & non ut applicata isti prae alio; procedere tamen ex electione ad illam ut particulariter applicatam, est congruentior operandi modus: Ergo semel probato debere efficacem electionem ad gloriam, precedere electionem mediolum, non debet esse ad illam in consensu, sed ad illam ut illis applicatam prae aliis. Unde Respondet quarto idem Lessius, quod omnis ordinata appetens, prius intendit finem, quam media ad illum conducenda, si media non solum efficaciam sicut, sed etiam formaliter ut talia elegantur electione efficacis; fecus autem si quamvis media sint efficacis, non tamen ut efficacis formaliter amentur, qualiter in presenti docet contingere.
- 40 Sed hoc responso in primis destruit decretum predestinationis, de cuius intrinseca ratione est quod sit prepartio mediolum efficaciam, & beneficium Dei quibus certissime liberantur quicumque liberantur, ut ex definitione Augustini supra tradita constat.
- 41 Deinde electio solum efficacis respectu auxiliorum gratia quoad suam entitatem, communis est predestinatis, & reprobus: cum in sententia Lessii, & aliorum Recentiorum, ipsi etiam reprobus conferantur auxilia gratia entitative efficacis; illi enim docent, auxilium efficacis entitative non distingui a sufficienti: At electio discernens predestinatos a reprobus, nequit illis esse communis: Ergo debet esse efficacis, non solum respectu entitatis auxiliorum, sed etiam respectu efficacis & connexionis quam habent cum gloria.
- Tertio habet responso Lessii Deo affingit cecitatem vel imprudentiam. Quaro enim, an quando Deus intendit efficaciter dare gloriam electis, in illo priori intentionis cognoscit efficaciam mediolum, qua ad illam conducunt, vel non? Si non cognoscit, caret scientia, si vero ea cognoscit, & non eligit, caret prudentia; quomodo enim procederit, qui intendens affectionem alicuius finis qui unice dependet ex efficaciam mediolum, eligit media quia quidem cognoscit esse efficaciam, & tamen non vult ea ut efficaciam? sic enim manifeste exponitur casui & fortune, ac frustrationi finis quem intendit.
- 42 Mitto solutionem quorundam Modernorum, qui dicunt efficacem intentionem glorie, & merito, se invicem precedere in diverso genere causae. Nam intentio gloriae procedit electionem mediolum, seu meritorum, in genere causae finalis, & media ipsa, seu merito, procedunt intentionem glorie, seu electionem predestinatorum ad gloriam. In genere causae materiali & dispositiva. Sicut in sententia Thomistarum, in reprobatione voluntas puniendi, & manifestandi suam iustitiam, est prior in Deo in genere causae finalis, quam peccata, & eorum permissio, posterior vero in genere causae materiali & occasionalis. Hanc inquam responsonem pretermitto, quia illa punctum difficultatis non attingit, prioritas enim in genere causae materiali & dispositiva, non est prioritas motivi & causae finalis, de qua solum agimus in presenti, nec pertinet ad ordinem intentionis, sed executionis: Ergo quamvis daretur quod merito praevisa, in genere causae materiali & dispositiva electionem ad gloriam procederent, propterea tamen non esset priora electione ad gloriam, in ordine intentionis, & in ratione motivi, & veluti rationis finalis; sed solum in ordine executionis seu affectionis, quatenus qualificant ipsam personam, & reddunt subiectum dignum & idoneum ut illi detur gloria, quod nullus Catholicorum negat. Et in hoc sensu loquitur S. Thomas hic art. 5, in corp. ubi ait: Nihil prohibet quod aliquid effectus sit ratio & causa alterius: posterior quidem prioris, secundum rationem causae meritorie, qui reducit ad dispositionem materiae, sicut si aliquid quod Deus predestinavit se daturum alicui gloriam ex merito. His enim verbis solum intendit declarare, quod merito procedunt gloriam in genere causae dispositiva & materiali, quatenus reddunt hominem idoneum ad hoc ut illi in executione detur gloria ex merito; quia sic praedestinavit Deus ut ex merito detur gloria, non tamen vult quod merito se habeat ut motium propter quod Deus elegit non ad gloriam; sed potius talem electionem in gratuita Dei voluntate reducit, ut constet ex locis supra relatis.

Rationem jam expositam, quae praesumpta est & fundamentalis, alii probabiliter adduci possunt ad gratiam Dei predestinationem suadendam.

Prima est ex independetia Dei, & adducitur a Divo Thoma quest. 6. de verit. art. 2. his verbis: *Finis divinae voluntatis est ipsa Dei bonitas, quae non dependet ab alio; unde ad hoc quod habeatur a Deo, nullo alio indiget; & ideo voluntas eius non inclinatur primo ad aliquid faciendum per modum debiti, sed liberaltate tantum, in quantum est bonitas eius in opere manifesta. Ubiunque autem occurrat aliquid sine quo aliquid a Deo volitum esse posse, hoc non procedit ab eo secundum rationem alicuius debiti, sed secundum operam liberalitatis & perfectio alicuius gratia, & gloria sunt huiusmodi bona quod sine eis natura esse possent, excelsior enim naturalis virtutis limites, unde quod Deus velit alicui dare gratiam & gloriam, hoc est mera liberalitas procedit. In his autem quae ex liberalitate procedunt, tantum causa volendi est ipsa superabundans affectio volentis ad finem in quo attenditur perfectio bonitatis, unde causae predestinationis, nihil aliud est quam bonitas ipsius Dei.*

Secunda ratio sumitur ex discrimine voluntatis divinae nostrae. Nam ut ante, promore suo, discurrit idem Angelicus Doct. hic art. 4. & supra q. 20. art. 4. hoc discrimen est inter voluntatem Dei & nostram, eiusque amorem & nostram: quod voluntas nostra (inquit) non sit causa bonitatis verum sed ab eo movetur, sicut ab objecto; sed amor Dei est infundens & creatur bonitatem in rebus. Unde amor Dei erga homines, quod vult illis gratiam & gloriam, est pure gratuitus, nullam sui causam habet qui prima omnium bonorum est causa, ille nullus hominum praevis alicuius meritis, qui totum in illis bonum praevenit & infundit, & omnia eorum merita causat & donat. Ille (inquit Dionysius) sibi procurator & motor est. Vel ut loquitur Bernardus sermone 70. in Cantica: *Procedit benignior, reponitur iustior, expectatur suavior. Eandem rationem tangit Chrysostomus hom. 7. in Epist. ad Timoth. his verbis: Infinita Dei bonitas ratio est & ratio amandi homines omni dilectione indiget; est enim tanta divina bonitas, ut ipsa sola sufficiat ad rationem & causam amandi, non expectans nec requisita causa ex parte eorum qui amantur. Electio ergo hominum tam ad gloriam quam ad gratiam, est pure gratuita, & ex bonitate & misericordia Dei, non vero ex meritorum & bonorum operum praesentia originem ducens: unde Osee 2. dicitur, *Desponsato te in misericordibus.* Apud homines utroque amant: Deus non desponsat in misericordibus, nulla precedente meritorum vel innata bonitatis dote, sed sola misericordia: Juxta illud Jerem. 31. *In Caritate perpetuus dilexi te, ideo attraxi te in misericordiam.**

Tertia ratio petitur ex altitudine & incomprehensibilitate mysterii predestinationis, quae tollitur ex Adversariorum sententia. Si enim electio predestinatorum ad gloriam fieret ex praesvis eorum meritis, posset de facili assignari ratio cur ille assumatur, & alter relinquatur: posset siquidem dici, quod ille praevidetur bene operaturus, alter vero male operaturus: Sed hoc est contra altitudinem huius mysterii, de quo Apollolus ait ad Rom. 11. *O altitudo divitiarum sapientiae & scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius!* Et etiam contra Augustinum de praedict. Sanct. cap. 7. *Ex duobus (inquit) ante grandaevis impietis, cur hic assumatur, & alter relinquitur? & iudicia Dei incomprehensibilia! Et Epist. 112. explicans significationem signi crucis, ad profundum reducit occultam rationem, cur unus eligatur, non vero alter. Videndus est etiam S. Thomas 3. contra Gentes cap. 19. ubi docet quod non est ratio inquirenda quare Deus hos eligat & convertat, & non illos, hoc enim ex simplici eius voluntate processit, quod cum omnia fierent ex nihilo, quidam facti sunt alii digniores; sicut ex simplici voluntate arificis procedit, ut ex eadem massa similiter disposita, quidam vasa formet ad nobiles usus, & quidam ad ignobiles iuxta illud ad Roman. 9. *An non habet potestatem signatus luci ex eadem massa facere aliquid quidem vas in honorem, aliud in contumeliam?* Idem docet hic art. 5. ad 3. his verbis: *Quare hoc elegit ad gloriam, & ille reprobavit, non habet rationem nisi divinam voluntatem: unde Augustinus dicit super Ioann. quare hunc trahat & illum non trahas nisi velle iudicare, si non vis errare. Sicut enim in rebus naturalibus, quod haec pars materiae sit sub ista forma, & illa sub alia, dependet ex simplici divina voluntate: sicut ex simplici voluntate arificis dependet, quod ille lapis est in ista parva parietis, & ille in alia, quamvis ratio aritis habeat quod aliquid sint in hac, & aliquid sint in illa.**

Quartum argumentum sumitur ex eo quod in Scripturae predestinatio frequenter sortis nomine designatur: Ad Ephesios 1. *Sorte vocati sumus secundum praesvisum ejus qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.* Ad Colossenses

*sorte 1. Dignus nos fecit in partem sortis sanctorum.* Plura sunt alia loca in quibus Sanctorum electio sortis nomine designatur: ut Danielis 5. Sapientiae 5. Psalm. 124. & Actuum 26. Huius autem appellationis nulla alia ratio esse potest, quam quia sicut aliquid dicitur sorte alicui contingere, quod ei accidit abique praevia causa & studio ejus; ita predestinatio nulla reperitur causa ex parte nostri, sed illa in solum gratuitam Dei electionem reducenda est, iuxta illud Psalm. 17. *Salvum me fecit, quoniam voluit me.* In cuius rei typum, terra promissa, quae figura erat regni caelestis, sorte iusta est a Josue distribuita. Et Esther 10. Deus duas sortes esse precepit, unam populi Dei, & alteram cunctarum Gentium, ut significaret, populum illum, non ex merito, sed quasi sorte separatam esse a ceteris. Hoc argumentum ex fortis appellatione desumpto utitur S. Augustinus concione 3. super Psalm. 30. ad gratuita predestinatorum electionem suadendam.

Quinta ratio supra fuit insinuata, Quando tam finis atsecutio, quam mediolum efficaciam applicatio, subsunt potestati alicuius, potest efficaciter velle finem ante praevisa media: Sed tam glorie affectum, quam hominum merita, subsunt potestati Dei: potest enim cum voluerit, & per ea media quae voluerit, salvum facere, ex Augustino de corrupt. & gratia cap. 14. Ergo Deus ante praevisa merita potest gloriam velle efficaciter predestinatis, & ex huius finis intentione, media ad illius affectionem efficaciam, eligere ac preparare.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio. Si in potestate ejus qui proponit praemium, est dare alteri vires, industriae, fortuam, ceteraque omnia ad merendum necessaria; ita quod non solum praemium, sed etiam meritum, & victoriam dare possit, talis bene potest ante merita praevisa intendere dare ei praemium, virtualiter volendo dare illi meritum, ex vi talis intentionis: eoque merita illa non debeat ille praemiorum expectare vel supponere, sed donare & causare. Unde cum in potestate Dei sit dare hominibus merita, & bona opera, & quidquid ad merendum requiritur; quia haec non de nostra voluntate potestatis, sed de sua predestinatione promittit & donat, ut docet Augustinus de praedict. Sanct. c. 10. Et quia, ut loquitur idem S. Doctor, dum merita nostra remunerat, sua dona coronat; potest ante praevisa merita, ex motivo sua largitas vel misericordia, eligere homines ad gloriam, obligando se ex vi talis intentionis & voluntatis, ad dandum illis ipsa merita & bona opera, & quidquid ad merendum requiritur.

Ex quo habes notabile discrimen quod intercedit, quantum ad hoc, inter Deum & Reges ac Principes terrae. Nam Princeps, cum non habeat in sua potestate merita militum, non potest, ante illorum provisionem, velle efficaciter, sed tantum inefficaciter, illis conferre praemium: Deus vero, cum in sua potestate habeat merita predestinatorum, ante illa praevisa, potest velle illis conferre praemium per merita, non solum voluntate inefficacis & antecedente, sed etiam efficacis & consequente.

Denique eadem veritas demonstrari potest omnibus argumentis quae militiam contra scientiam mediam: ut etiam libere fateatur Adversarii, illa sublati, non potest admitti electio predestinatorum ex praesvis meritis.

§. IX.

Corollaria praecedentis doctrinae.

- 43 EX dictis colliges primo: electionem ad gloriam factam ante praevisa merita, extendi etiam ad determinatum gradum beatitudinis, quem in particulari habebit quilibet predestinatus. Quia non solum gloria absolute considerata, sed etiam in gradu determinato, est finis meritorum: Ergo sic debuit terminare efficacem electionem antecedentem merita. Consequenter patet ex supra dictis, nam finis ut sic ordine intentionis est prior medio ad illum ordinatis.
- 44 Colliges secundo: predestinationem non solum hominum, sed etiam Angelorum; fuisse ante praevisa merita. Probatur eadem ratio: quia voluit qua Deus voluit Angeli gratiam & meritum, est voluit non finis, sed mediolum: Ergo supponit volitionem finis ad quem media ista ordinantur, & consequenter supponit electionem ad gloriam. Adde quod predestinatio hominum & Angelorum, est eadem rationis & speciei, ut docet D. Thomas hic art. 1. ad 3. Ergo, sicut predestinatio hominum supponit electionem absolutam ad gloriam ante praevisa merita, ita & predestinatio Angelorum. Hoc Corollarium probant etiam omnia argumenta, quibus Tractatu praecedenti divinum decretum efficaciam disp. 5. art. 1. ad statum innocentiae Angelorum & hominum esse extendendam, monstravimus. Videri etiam potest Estius, in 1. sentent. dist. 41. ubi hanc sententiam iure & doctore explicat & defendit.
- 45 Colliges tertio: gloriam & meritum, & non una actu, sed diversis virtualiter esse a Deo efficaciter volita. Nam electio ad gloriam ut finem, obinet: rationem intentionis, voluntatis autem gratia & meritorum, rationem electionis sortis fortis. At electio & intentio in nobis distinguuntur realiter, & in Deo virtualiter, sicut actus luminis principiorum in nobis causat actualiter actum scientificum, & in Deo virtualiter: Ergo electio ad gloriam & voluntas gratia & meritorum, virtualiter in Deo distinguuntur.
- 46 Colliges quarto: praefer decretum intentionis glorie meritorum provisionem antecedentem, dari aliud executionem circa gloriam merita praevisa supponens. Ita iniquitas tenent nostri Thomistae, contra Nazarium, Alvarez, & Herreram, & colligitur manifeste ex fundamentis dictae praecedenti art. 2. statuti: sibi enim ostendimus, quod sicut in nobis intentio & usus sunt duo actus voluntatis distincti, quorum primus electionem mediolum praecedat; secundus vero post electionem est, & circa executionem mediolum & finis versatur. Ita de Deo, nostro modo intelligendi, asserendum est, & in voluntate divina, prae electionem mediolum, ad ordinem intentionis spectantem, admittendum est decretum executionum de istem modis, ab electione aliqua ratione distinctum; quod decretum est ipsa volitio, qua Deus vult efficaciter suam potentiam executionem applicare, ad hoc ut predestinatio suo tempore gloriam consequatur.
- 47 Potest insuper eadem veritas hac ratione suaderi. Actus exterior habere nequit honestatem alicuius virtutis specialis, nisi actus aliquis interior voluntatis, eadem honestate formaliter gaudeat. Sicut enim actus exterior non competit formaliter libertas, sed solum ratione interioris; ita nec honestas seu bonitas moralis, que in libertate consistit, & tanquam supponit: Sed exterior gloria collatio, gaudet formaliter honestate iustitiae, ut docet Theologus in Tractatu de merito, & constat ex verbis Apolloli 2. ad Timoth. 4. *De reliquo reposca est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iuxta iudex.* Quibus declarat gloriam dari a Deo ut iusto iudice, & tanquam coronam iustitiae, & consequenter non solum ex gratitudine, ut fidelitate, sed ex vera, & propria iustitia: Ergo datur aliquis actus voluntatis divinae, huiusmodi honestate formaliter gaudens; cumque electio efficacis ad gloriam, spectans ad ordinem intentionis, tali honestate non gaudeat, sed sit pure gratuita & liberalis: admittendum est in Deo decretum executionum, induens talem honestatem.
- 48 Confirmatur: Merita, cum sint media moralia, non aliter causant finis executionem, nisi movendo voluntatem praesentis ut velit praemium conferre: Ergo si merita iustorum causant temporalem glorie executionem, movent voluntatem divinam, illamque inclinant ad gloriae exhibitionem: At divina voluntas temporaliter moveri non potest, nec motum aliquid velle de novo in tempore habere, sicut nec in tempore aliquid velle de novo: Ergo ab aeterno movetur a meritis; cumque de voluntate gloria intentionis hoc nequeat verificari, necessario admittendum est in Deo decretum aliquid executionum ab intentivo distinctum, quod merita praevisa supponat, & ab illis tanquam a causa motiva dependeat.
- 49 Hoc etiam probant plura Scripturae, & Sanctorum Patrum testimonia, quibus Valquez & alii Recentes suam firmam conantur sententiam, quae licet illam nec leviter indicent, hoc tamen collatarium vehementer student; ut magis constabit ex dicendis articulo sequenti.
- 50 Colliges ultimo: praesentiam cooperationis vel boni usus liberi arbitrii, non esse causam, rationem, aut conditionem sine qua non predestinationis.

Probatur; Effectus predestinationis non potest ad eum presupponi, nec ut causa, nec ut ratio, nec ut conditio sine qua non illius: Sed cooperatio vel bonus usus liberi arbitrii, est effectus predestinationis, ut disput. sequenti ostendimus, & expressit docet S. Thomas quest. 6. de verit. art. 2. ad 11. ubi ait: *Hic ipsum quod est velle accipere gratiam, est nobis ex predestinatione.* Et hic art. 5. *Non est distinctum (inquit) id quod est ex predestinatione & ex arbitrio nostro: sicut nec est distinctum quod est ex causa prima & secunda.* Ergo cooperatio, vel bonus usus liberi arbitrii, ut a Deo praeseritus, non potest ad predestinationem presupponi ut causa, vel ratio, aut conditio sine qua non illius. Eadem ratione utitur S. Augustinus cap. 17. 18. & 19. de predestinatione Sanctorum contra Macilientis, afferentes praesentiam fidei qua credere incipimus esse rationem predestinationis, & hunc errorem impugnat, ostendendo talem fidem esse effectum predestinationis. Quod specialiter probat ex illo ad Ephes. 1. *Sortem consecrati sumus, predestinati secundum praesvisum ejus qui universa operatur.* Ex quo inferi huiusmodi cap. 19. *Ipsa ergo ut credere incipiamus operatur, qui universa operatur.*

Præterea, si ex parte Predestinatorum daretur causa, ratio, vel conditio suae predestinationis, solubilis esset questio quam D. Paulus & S. Augustinus, alique SS. Patres proponunt ut insolubilem, cum scilicet Deus hunc predestinaverit & non illum? vel, quod idem est, quare hunc & non illum traxerit? Nam assignare ex parte hominis causam, rationem, seu conditionem, ratione cuius ipse praedestinetur, est delictum.

desiderium de non ille, est solvere questionem: Unde Lactantius lib. de predestinatione, cap. 25. non videtur dicere: non esse necessarium, ut vocati in illa se inefficax in actu, sed in ipso officio, id est, non per se ab arbitrio liberati, ut videtur in illa materia, ut sic officia vel inefficax. Cum tamen D. Prosper cap. 25. de vocat. Gentium expressis debeat hanc questionem profunde non posse solvi per homines, sed veritate vel non.

57 Continuat exemplum figuli, quo utitur D. Paulus ad hoc explicandum, nulla enim potest assignari ratio, cur ille ex eadem massa luti formet quendam vasa in honorem, alia vero in contumeliam, sed hoc ad solum beneplacitum sue voluntatis reducitur.

ARTICULUS II.

Consequentiæ fundamenta Adversariorum.

Undamenta Adversariorum, alia desumpta sunt ex Scriptura, & SS. Patribus, alia ex ratione petita. Que sunt prima generis, hoc §. dilantur; alia vero in sequentibus.

§. I.

Propositorum testimonio Scriptura, & Sanctorum Patrum auctoritas, qua videtur favore Adversariis.

58 Objicitur in primis Adversarii contra nostram sententiam illud Matth. 25. Venite benedicti Patri mei, possidite pariter regnum: Spiriti enim, & desisti vobis manducare. Et ubi partialis illa causalitas enim (inquit Valerius) non fuit temporalem gloriæ exhibitionem, sed etiam ad æternam eius preparationem, est referenda. Secundo illud Pauli 1 ad Cor. 3. Ordinis non videtis, nec quilibet videtis, nec in eorum hominibus attendit qui preparantur Deo diligentibus se. Ubi etiam ista verba Diligentibus se causam preparationis, & non solum executionis subdistinguit. Tercio illud Pauli ad Roman. 8. Quis prescivit, & prædestinavit conformes formæ formæ imaginis filii sui. Id est quos prescivit bene operaturos, & conformes futuris imaginis filii sui, hos prædestinavit. Unde Ambrosius super cap. 8. Epistolæ ad Roman. exponens illa verba Apostoli, dicit: Deus eos quos prescivit fideles, elegit ad promissa præmia conferenda. Et lib. 5. de fide: Quorum (inquit) meritum prescivit, hanc præmia prædestinavit. Cui concinit Fulgentius lib. 1. ad Moysimum cap. 24. his verbis: Prædestinavit ad regnum quos ad se prescivit interfectoribus homicidia auxilio restituit: Item Augulimus lib. 1. ad Simpl. quæst. 2. art. 1. Electio non præcedit justificationem, sed electionem justificationis. Ad eadem est ratio de præcedentia meritorum: Ergo etiam ex Augulino, præsentia meritorum electionem prædestinatorum ad gloriam antecedit. Unde ibidem subdit: Quod dicitur est quia eligi nos Deus ante mundi constitutionem; non videtis quando se desumit, nisi presciant. Denique S. Thomas super cap. 8. Epistolæ ad Roman. lect. 6. exponens hæc verba Apostoli: Quos prescivit, hos & prædestinavit, hæc scribit: Circa ordinem autem præsentia, & prædestinatio dicitur quidam quod presciant meritorum bonorum & malorum est ratio prædestinationis, & reprobationis, Et paulo post, subiungit: Et hoc quidem rationabiliter dicitur si prædestinatio respiciat tantum vitam æternam, qui datur merito: sed si prædestinatio cadit ante beneficium salutis, quod est bonum ab æterno virtutum preparatio, ante eadem ratione contra beneficia qui debet conferri eo tempore, preparatio merito ad æternam. Unde ponere quod aliud meritorum ex parte nostra respiciatur, cuius presciantia sit ratio prædestinationis, nihil est aliud quam gratiam potestate dari ex merito nostris. Quibus verbis Sanctus Thomas aperte videtur doceri, quod quamvis prædestinatio ad gratiam sit pure gratuita, & independentis a præsentia meritorum, prædestinatio tamen ad gloriam, merito prævisa supponit.

59 Ad primum & secundum testimonium respondent Estius & alii; Scripturam his locis non significare bonorum operum merito causam esse preparationis regni, sed possessionis illius, & particulam illam causalem, enim, non esse referendam ad dictionem, pariter, sed ad verba antecedentia, Venite & possidete; Quæ solutio probabilitate non caret. Secundo tamen responderi potest, dato etiam quod ibi Scriptura loquatur de æterna preparatione gloriæ, & non solum de eius temporali possessione, & consecutione; hæc debere intelligi & explicari de decreto executivo, quod est pure gratuitum, & meritorum provisionem antecedens, ut expulimus, 4. corollario §. præcedentis.

60 Ad tertium testimonium dicendum est, aliquando in Scriptura nomine presciantia intelligi decretum Dei prædestinantem, ut docet D. Augulimus de bono perseverantia cap. 18. ubi sic intelligit illud ad Roman. 11. Non repulit Deus electum suam quoniam prescivit: id est prædestinavit. Et ibidem subdit: Quid nos prohibet quando apud aliquos verbi

Dei transiunt legimus presciantiam Dei, Et agitur de vocacione electorum, eandem intelligere prædestinationem. Unde non est sensus verborum Apostoli, quod Deus prescivit prius merito prædestinantem, & postea eos prædestinavit; sed quod eos prædestinando, illorum merito in sua prædestinatione prescivit. Quæ constructio illa verborum Apostoli supra relata, non est legitima, & reprobatur a D. Thoma ibidem lect. 6. ubi inquit quod conveniens sic ordinatur littera: Quos prescivit, hos & prædestinavit conformes formæ imaginis filii sui: ut ista conformitas non sit ratio prædestinationis, sed terminus, vel effectus.

Potest etiam responderi, ly prescivit significare scientiam approbationis, & sensum esse, Deum per actum imperii (in quo, ut supra ostendimus, prædestinatio essentialiter consistit) preparasse, & complete prædestinasse eos quos per scientiam approbationis, fundatam in decreto, ex vi sue electionis efficacis, prescivit futuros initiative conformes imaginis filii sui. In quo etiam sentus explicari possunt verba Ambrosii, & Fulgentii.

Ad Augulinum respondenti aliquid cum Bellarmino libro a. de gratia cap. 15. illum libros ad Simplicitatem juvenem scripsisse, & semel effectum, sententiam de electione ad gloriam quam citato loco docuerat, retractasse. Sed hæc responsio non placet. Tum quia Augulinus in libris retractationum, ubi quæ minus veritate consentanea docuerat, humiliter retractavit, mentione facta librorum ad Simplicitatem, doctrinam in eis constantem non retractavit, nec retractat, sed potius commendat, asserendo elaboratos esse pro libero arbitrio, sed divinam gratiam vidisse. Tum etiam quia in libro de prædestinatione Sanctorum cap. 4. renuit Semipelagianos ad librum quem scripsit in eo docuisset contrarium veræ doctrinæ de prædestinatione & electione, quam contra Maximilianos prædicare contendebat. Unde melius responderet, juxta doctrinam traditam ultimo corollario §. præcedentis, quod quando Augulimus loco citato dicit quod electionem præcedit justificationem, & quod quando Apollolus dixit, elegit nos Deus ante mundi constitutionem, hoc non est dictum nisi præsentia: loquitur de electione ad gloriam in ordine executionis, non in ordine intentionis; hæc enim in sententia Augulini merito prævisæ præcedere, supra §. 5. ostensum est; vel nomine presciantia, intelligi scientiam fundatam in decreto. Ut ipsem cap. 19. libri de dono perseverantia, alios SS. Patres exponit.

Eodem modo exponendus est locus D. Thom. desumptus ex commentario super caput 3. Epistolæ ad Roman. Ipsi enim S. Doctor sumit prædestinationem non pro decreto intuitivo gloriæ, quod in eius sententia meritorum provisionem antecedit, sed pro decreto executivo illius, quod merito prævisa supponit; solumque intendit docere, hæc intercedere differenciam inter prædestinationem ad gloriam & prædestinationem ad gratiam, in ordine executionis consideratas, quod prima est non pure gratuita, sed dependet a præsentia meritorum. Secunda vero est pure gratuita & independentis a meritis.

§. II.

Solentur argumenta ex ratione petita.

63 Contra gratuitam prædestinationem objicitur primo. Si Deus ante prævisam materiam eligeret homines ad gloriam, eam consequentur, est nulla habent meritum: Consequens est falsum, ut patet; Ergo, etc. Sequela probatur: Voluntas illa sic eligens est efficacax, ac proprie debet infallibiliter sortiri suum effectum: Ergo si illa sit pure gratuita, & independentis a præsentia meritorum; sequitur quod etiam nullis existentibus meritis, electi gloriam consequentur.

Respondet negando sequelam Majoris: Licet enim ante prævisam merito Deus velit dare gloriam prædestinatim, non tamen sine meritum, immo potius ex voluntate illa gratuita, tamquam ex prima radice oritur voluntas dandi gratiam & meritum, quibus tamquam mediis electi vitam æternam infallibiliter consequantur: juxta illud quod ex D. Prospero supra retulimus, Deus hic quos elegerit sine meritum, dicit unde ornatur ex merito. Unde præcipua Adversariorum argumenta in hæc materia, duplici aequocatione laborant. Prima est, quia non distinguunt inter hoc quod est Deum velle dare gloriam per meritum, & velle dare propriè merito. Primum est verissimum, & significat Deum non velle dare gloriam in executione sine meritum & bonis operibus: quia vult illam dare per modum præmiæ & coronæ. Secundo vero est falsum, & denotat Deum, intuitu meritorum qua prævidet, moveri & excitari ad eligendum homines ad gloriam. Primum significat, bona opera intrare prædestinationem ut effectus ex illa subsecutos & devotos. Secundum vero denotat meritum prævisæ ad illam spectare ut motiva intendendi & volendi gloriam.

Secunda aequivoctio est similis precedenti, & consistit in hoc quod Adversarii hæc duas propositiones confundunt:

fundant: Deus gratis vult dare gloriam. Et Deus vult dare gloriam gratis: quæ tamen sunt valde diversa, & diligenter distinguenda. Prima enim est verissima, & significat quod Deus gratuito motivo movetur ad intendendam gloriam. Secunda falsa, & erronea, & denotat quod in ordine executionis Deus velit dare gloriam adultis sine meritum & bonis operibus. Unde substituit Scotus in reportatis dist. 4. q. unica §. De argumento, explicat hanc propositionem, Deus vult dextram præmiare propriè merito, & dicit quod ly propriè merito, potest constructi cum ly vult, & sic est sensus, Deus propter meritum vult Petrum præmiare, & falsa. Vel potest constructi cum ly præmiare, Deus vult Petrum præmiare propter meritum, & in hoc sensu est vera.

Quando vero additur, quod volentia illa sic eligens gratuito homines ad gloriam efficacax est: Ergo nullis etiam existentibus meritum, electi gloriam consequentur, intendenda est Consequenda, si enim est efficacax, non est possibile quod in electis nulla inveniantur merita, quia ad hoc ipsum efficacax est ut causat ipsa merita, & merita sunt effectus eius; nam illa est efficacax voluntas finis, quæ virtualiter continet media, & causat de facto illa.

65 Objicitur secundo: quod est volitum per modum coronæ, non potest efficaciter intendi ante prævisam merito: Sed Deus vult dare gloriam adultis per modum præmiæ & coronæ, & non solum per modum hæreditatis, ut definitur in Tridentino; & constat ex verbis Apolloli supra relatis: Ergo Deus nequit illam efficaciter intendere ante prævisam merito. Minor patet, Major vero probatur. Corona essentialiter dependet a meritum, & referatur ad illa: Ergo quod est volitum per modum coronæ non potest efficaciter intendi ante prævisam merito.

66 Respondet negando Majorem: ad cuius probationem distinguo Antecedens. Corona dependet essentialiter a meritum, in ordine executionis, & in genere causæ efficientis, concedo Antecedens. In ordine intentionis, & in genere causæ finalis, nego Antecedens, & Consequentiam. Ut enim gloria in ordine intentionis sit prior præsentia meritorum, sufficit quod licet dependeat a meritum in genere causæ efficientis, & non dependeat ab illis, sed potius illa causat, in genere causæ finalis.

67 Dicitur implicat intelligi coronam ut coronam, sine ordine ad merito, Ergo implicat intendi sine ordine ad illa, & consequenter ante illorum provisionem.

Respondet distinguendo Antecedens; sine ordine ad merito, ut causantia in omni ordine, nego Antecedens: sine ordine ad merito, ut causantia in ordine executionis & causata in ordine intentionis, concedo Antecedens & distinguo Consequens eodem modo: ex quo solum sequitur debere attingi merito a decreto intuitivo Coronæ ut eius effectus, non autem ut motiva illius.

68 In labis: Quia poena ut poena est effectus demeritorum, implicat in ordine aliquo intelligi aut intendi efficaciter absque prævisis demeritis ut motivis: At corona ut corona, non minus est effectus meritorum: quam poena demeritorum: Ergo implicat intelligi aut intendi efficaciter absque prævisis meritum, ut motivis & causis illius.

Respondet distinguendo causalem Majoris. Prævisi quia est effectus demeritorum, nego Majorem. Ex hoc & quia alius poena ut poena non est de primaria intentione Dei, sed benum occasionatum, concedo Majorem, & concessa Minor, nego Consequentiam. Nam corona ut talis non est bonum occasionatum, sicut poena, sed per se amabile, & ideo potest ratione sui in ordine intentionis amari absque occasione & provisione meritorum & non ut causata in illo ordine a meritum, sed ut illas causans & interens.

69 Objicitur tertio: Gloria in executione non confertur adultis, nisi ut præmiun meritorum: Ergo ab æterno Deus non aliter eam confere decrevit, quam ex meritum prævisis. Probatur Consequenda, non enim aliter ab æterno fuit decreta gloria, ac in tempore executioni mandatur: Ergo si in tempore confertur dependenter a meritum, ex illis ut prævisis decreta fuit ab æterno, & consequenter nullam datur in Deo decretum efficacax circa gloriam, merito prævisa anteveniens.

70 Continuat: Actus exterior & interior sunt formaliter ejusdem honestatis; Sed exterior gloriæ collatio gaudet honestate justitiae, ut docetur in Tractatu de merito: Ergo etiam intentio eam tribuendi, debet esse ex justitia, & non ex pura liberalitate, & consequenter supponere præsentiam meritorum.

71 Respondet ex doctrina tradita corollario ultimo §. præcedentis: Duplex critica gloriæ constitutum esse decretum in Deo, intentionis unum, & executionis alterum. Primum cum executione in modo attingendi objectum non adæquatur, non potius opposito modo procedit; unde enim incipit intentio, terminatur executio, ac proinde loquendo de isto, falsum est dicere, gloriæ eodem modo esse a Deo decretam, & intentam, quo in tempore executionis mandatur. Si vero de secundo decreto sequatur, verum est ab æterno per illud esse volitam gloriæ,

eo modo quo in tempore fuit excecata; unde cum in tempore confertur ex meritum, ex illis etiam fuit volita per decretum executivum.

Ad confirmationem dicendum est, Majorem esse veram de actu interiori, immediate imperante exteriori; falsam autem de interiori, solum mediate imperante exteriori: intentio autem efficacax gloriæ, immediate non imperat gloriæ exhibitionem, sed tantum mediate; illa enim immediate imperatur a decreto executivo, unde hoc decretum honestate justitiae formaliter gaudet; aliud vero est pure liberale & gratuitum, & meritorum præsentiam antecedit.

Dices: Cuilibet decreto divino debet aliquis effectus ad extra correspondere: Sed voluntati gratiæ dandigloriam, nullus correspondet effectus ad extra: Ergo in Deo non datur talis voluntas seu decretum illud gloriæ intentionum meritorum præsentiam anteveniens. Minor probatur, quia si aliquis effectus illi corresponderet, deberet esse gloria gratis & sine meritum collata, quæ tamen non ita de facto confertur.

Respondet præmissis Majori, negando Minorem; ad cuius probationem, nego sequelam: licet enim voluntas dandi gloriam, sit ante prævisam merito, non tamen est voluntas dandi gloriam sine meritum, sed per meritum & bona opera ab ipsa preparanda: unde effectus illius ad extra, est gloria in executione ex meritum communicata.

Objicitur quarto: Si electio prædestinatorum ad gloriam esset pure gratuita, & antecedens provisionem meritorum, etiam reprobatio fieret ante prævisam demerita seu peccata: consequens est falsum, ut constat ex infra dicendis: Ergo & Antecedens. Sequela Majoris videtur manifesta, nam si ante provisionem meritorum Deus elegerit homines ad gloriam, ex vi talis electionis manebit in Deo certus & determinatus numerus salvandorum, non solum formaliter, sed etiam materialiter: Ergo reliqui non sibi electi, manebunt exclusi a gloria: Ergo illa electio erit virtualis exclusio reliquorum a gloria ante prævisam demerita.

Respondet distinguendo Majorem. Si reprobatio sumatur pure negative, & pro voluntate non admittendi aliquos ad gloriam, transeat Major. Si sumatur positive, & pro voluntate infligendi poenam, nego Majorem. Solutio præbitur ex dicendis disp. 3. ubi agemus de reprobatione.

Objicitur quinto: Si prædestinatio fieret ante prævisam merito, maxime quia id petit ordinatum modum appetendi media, & dependencia essentialis electionis ab intentione. Sed hæc ratio nimis probat: Ergo nostra sententia falsò nittitur fundamento. Major constat ex supra dictis. Minor vero probatur. Si hæc ratio valeret, probaret quod Deus, etiam de potentia absoluta, non potuit efficaciter eligere homines ad gratiam & ad merito, nisi præsupposita intentione efficacax gloriæ: Sed hoc non est dicendum: Ergo, etc. Sequela Majoris probatur, quia Deus non potest ulla potentia appetere inordinate, nec essentialis dependencias variare.

Respondet concessa Majori, negando Minorem, ad cuius probationem dicendum est, Deum duobus modis potuisse se gerere in collatione gratiæ & meritorum. Uno modo sic ut vellet & amaret illa ut media solum sufficientia, nec ut infallibiliter causa gloriæ connexa. Secundo taliter quod vellet & amaret gratiam & merito, ut media efficacax, & infallibiliter cum gloria connexa. Primo modo potuit Deus efficaciter eligere homines ad gloriam & ad merito, absque præsupposita intentione gloriæ, non autem secundo modo. Sicut enim repugnat assensum evidentem conclusionis, quatenus conclusio est, haberi sine evidenti præmissarum assensum; ita electionem efficacax mediè ut infallibiliter connexi cum fine, poni sine prævia efficacax finis intentione.

§. III.

Alia Adversariorum rationes infringuntur.

Objicitur sexto: Secundum Scripturam & SS. Patres, numerus electorum, si comparetur ad multitudinem reproborum, valde exiguus est: unde Christus sepe reperit in Evangelio: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Et Luca 12. numerum electorum vocat parvulum gregem: Nolite (inquit) timere pullos grec, qui (ut Tertulliani verbus utar) est de singulari gregis sua, famulus ut ales Orientis quem phœnicem vocant. Sed non videtur conveniens, nec divina bonitati consonum, hanc exiguitatem numeri salvandorum referri in solum beneplacitum voluntatis divinæ; cum dicatur Sapient. 1. Sentio de Domino in limbo, & bonum ut docet Dionysius cap. 1. de divinis nominibus, sit maxime sui diffusivum & communicativum: Ergo illa debet reduci ad angustias voluntatis humane, quæ non se conformat antecedenti Dei voluntati, cuiusque electioni non consentit; & consequenter prædestinatio a futuro consensu voluntatis humane tamquam a causa, vel saltem tamquam a conditione dependet.